UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

61. Dom. III. Aduent. de. S. Ioan. in vinculis. Matth. 11.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

3 *Et dixit illis ſimilitudinem. Videte fi-*
neam, & omnes arbores, cum producunt fru-
ctum ſcitis, quoniam prope eſt æſtas. Et
cum hæc fient, ſcitote quia prope eſt regnum
Dei. Conſidera Dominum præcedentia ſi-
gna conferre cum arboribus pullulanti-
vt diſcas tanto pulchriores fore creatu-
poſt iudicium, quanto arbores in æſtate
florentes, ſunt aridis in hyeme venuſtiores
2. nota, tum nos eſſe regno cœlorum pro-
ximos, cum inſtar arborum bonarum flo-
remus, & fructibus abundamus.

DOMIN. III. ADVENTVS.

De S. Ioanne Baptiſt. in vinculis Matt. 11.

1. IOANNES *in vinculis auditis Chriſti operi-*
bus, mittens duos de diſcipulis ait illi. Tu es
qui venturus es, an alium expectamus? Con-
ſidera Ioannem licet vinctum, non de ſua
liberatione, ſed diſcipulorum ſalute ſolici-
tum vt recte in fide, & vita ſancta inſtitua-
tur; vt diſcas in afflictionibus nihil de con-
ſuetis precibus aliiſque officiis pietatis de-
trahere. 2. Ioannem non miſiſſe, quod ipſe
dubitaret de Chriſto, an eſſet Meſſias, ſed
vt ignorantiæ miſſorum conſuleret, & per

con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conſpecta miracula eos ad Chriſtum tra-
heret, ſciens ſe breui moriturum; vt diſcas,
cum per te non potes, vel audes monere
vel docere, debere ſaltem per alium.
Ieſus reſpondit. nunciate Ioanni, quæ audi- 2.
ſtis, & vidiſtis, cæci vident. &c. pauperes euan-
gelizantur, & beatus eſt, qui non fuerit ſcan-
dalizatus in me. Conſidera, Chriſtum non
fateri palam, ſe eſſe Meſſiam venturum, *Iſa.* 28.
ſed tantum ſe opera facere, quę in Scriptu- 31.
ra tribuuntur Meſſiæ, vt diſcamus neminẽ
facilè ſe debere commendare; ſed id tan-
tum dicere ad Dei gloriam, quod ſatis eſt
ad ſalutem alterius promouendam. 2. de-
cere quemuis ſuperiorem, & magiſtrum,
vt prius facto præſtent, quod volunt ſubdi-
tis mandare per verba. Chriſtus enim hic
maluit factis, quam verbis reſpondere. 3.
nota, Chriſtum occultè corripere diſcipu-
los Ioannis, cum ait: *Beatus qui non ſcanda-*
lizatur in me. nam ob zelum in magiſtrum,
nondum credebant in Chriſtum. vt nun-
quam palam occultos peccatores confun-
damus, ſicut & aliàs Chriſtus cum Iuda fe-
cit, quem tectè arguit.
Illis abeuntibus, Ieſus dixit ad turbas. Quid 3.
exiſtis videre, Arundinem vento agitatam,
mollibus veſtitum? Prophetam? imò plusquã

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Prophetam. Conſidera Chriſtum non la
daſſe Ioannem coram diſcipulis tum vt
tam adulatoris effugeret; tum vt ne ex la
dibus occaſionem raperent, licet ſine ca
ſa, eum Chriſto præferendi. vt diſcas co
hæreticis & improbis, pudenter & pa
de laudibus Sanctorũ loqui ne calumn
di anſam arrpiant, 2. conſidera, hic au
ritatem veſtitus laudari & eremitarum
liorumq́; religioſorum duram vitam p
bari: cõtra veró improbari molles & p
tioſas veſtes. 3. conſtantiã auſteritati & p
pertati coniungi, quia nulli conſtantio
ſunt in fide & veritate tuenda contra m
dum, eiusq; principes, quam qui mund
eiusq́; opes & pompam ſeriò contemp
runt. 4. turbis & ſimplicibus homini
ſæpe vitas quoq; aliorum Sanctorum p
natim & publicè recenſendas.

DOMIN. IV ADVENTVS

De Iudæorum legatione ad Ioannem, Ioann. 1.

1. *Miſerunt Iudæi Sacerdotes & Levi
ad Ioannem, vt interrogarent eum
quis es?* Conſidera cur tanti nominis fu

S. Io

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN